



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Consilia || Salomonis, || Sive || Collecta Salomonis || Axiomata

Maxime Necessaria Homini, ut se ipsum sapienter dirigat ; E Gallico In
Latinum versa, revisa & amplicata per Auctorem, cum Indicibus
necessariis

Cureau De Lachambre, Pierre

Coloniæ Agrippinæ, 1694

3. Qui docet filium suum, laudabitur in illo, & in medio Domesticorum
gloriabitur. Eccl. 30.

urn:nbn:de:hbz:466:1-37935

REGULA TERTIA.

*Qui docet filium suum laudabiliter
in illo, & in medio domesticorum
gloriabitur. Eccl. 30.*

PARAPHRASIS.

*Pater qui docet filium suum, & ipse
sua educationis curam habet, exinde
honorem ducet & videbit illum ama-
ri à propinquis, ac aestimari à civibus.
Filius quem nutrit mater, & instruit
pater, erit gaudium sua domus, & fe-
licitas sua civitatis.*

REFLEXIO.

NEgligentia unius & negotia alte-
rius introduxerunt consuetudi-
nem confidendi aliis magistris prolium
instructionem. Quod tamen natura non
prætendebat, dum lac & amorem matris
intelligentiam & prudentiam patri tri-
bueret. Illius intentio fuerat, accumu-
lare gloriam eorum fœcunditati, & eos
patrem & matrem talis filii constituere,
qui integrè esset horum filius, & qui
suum nutrimentum & prudentiam nulli
alteri, quàm illorum curæ & regimini
abscribere deberet.

Ma-

Mater quæ non sinit suis brachiis prolem egredi, quam dum ratione uti potest; Pater qui talem prolem domo sua egredi non permittit, quàm dum ratio eum regit, & jam habitudinem contraxit sua agendi cum judicio, & amandi id quod honestum est, fruitur veris deliciis paternæ autoritatis, nec ullus homo perfectè dici potest felix in filio suo, quàm qui huic dedit vitam, scientiam, & virtutem.

Si filius tuus virtutem ab alio didicit, non est tuus, quàm ex dimidio, & ejus pulchras actiones tibi de jure attribuere non potes; Habebit ex te potentiam comedendi & dormiendi, à magistro verò suis prudenter sua peragendi & honoratam ducendi vitam.

REGULA QUARTA.

Qui docet filium, in medio amicorum gloriabitur. Eccl. 30.

PARAPHRASIS.

Qui educat sedulo filium suum, laborat tam multum pro aliis quàm pro se; gloria